personaliter Nobilis Jacobus olim Georgii Krinski de Kratolewski haeres Sanus mente et corpore existens palam publice libereque recognovit Quia Nobili Martino filio Joannis Krinski bonorum suorum immobilium in haereditate Krinski Kratolewski situm in primo campo tres sulcos a via gaiowa ad quarterem Zobikrowska inter metas Nobilis Lau rentii et Bartholomaei jacentes in alio campo duos sulcos a via Ko serelna ad quarterem Zobikrowska inter metas ut supra in tertio campo duos sulcos a quartere Zerowska ad pratum et in alio loco eiusdem campi cuperum dicorum sulcorum a via ad cram aliam Kozewska inter metas ut supra jacentes Cum agris pratis et omnibus quorum bonorum utilitatibus in octo sexa genis pollon. ad exemptionem obligavit inscripsit et invadiavit Cui iam ex nunc intromissionem realem cum aeternali ac pacifica po ssessione per illum et Nobiles duos offerens acceptandam dat et admittit Submittendo se eundem tenutarium toto tempore tenutae eius modi ab omni impedimento eundem quaecumque ... quamcumque et veniatum per et ultra omnes ... terris tenus quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere eliberare sub vadio simili. Et Coram officio Castrensi Brohensi in primo sub vadio simili ... creationis termino peremptoria responsione et satisfactione sine ulla dilatione appellatione diffugio quoties et exceptione.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Festum Purificationis Gloriosae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Seycentesimo Quinquagesimo Primo

N. Golembiewski et Broscenka inricem conjuges Supreceptio

Coram officio et Actis praesentibus Capitanealibus Castrensibus Branscensibus personaliter Comparentes Nobiles Jacobus olim Alberti Golembiewski et Dorothea Broscenka inricem Coniuges in Jchnatki haeredes ipsa quoque Dorothea cum marito suo uti tutore coniugali assistentia et authoritate Sani mente et corpore existentes palam publice libereque et verbis expressis recognoverunt Quia apud Nobilem Joannem olim Jacobi ... kowski de Kalki Zodfzky ad priores obligationes bonorum immobilium in haereditate Jchnatki consistentes per se eiusdem in Sex Sexagenis coram Actis praesentibus inscriptas nunc denuo Sex Sexagenas pollon. supreceperit et priori summae adiungit in qua quidem summa simul iuncta Duodecim Sexagenas bona eadem in inscriptione originali

expressa tenere et possidere modo obligatorio hinc usq[ue] ad exemptionem et summa praefata Duodecem Sexagenarum [illegible] solutionem submittit ac inscribit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem Regni Generalem et Nobiles duos quem et quos facilius sibi ad id negotium expediendum conducere potent officiose acceptandam in bona praefata modo superreceptiuo inscra dant et admittunt Personali sua recognitione mediante.

Plonowska — Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Casimiri Szmurlo sanus mente et corpore exns palam ac libere recognouit. Quia Nobili Helizabeth Plonowska relictae olim Thomae Szmurlo et ipsius posteris obligationem suam terrae immobilis in bonis Szmurly sitam sibi recognoscenti per ct maritum eius in quinque sexagenis polon inscripsit Cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parata Intromissione possessione tuitione Euictione et ligamentis in originali inscriptione contentis accepta sica sufficienti pro praemissis satisfactione demittit omneq[ue] et integrum ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam eius et ips[ius] successorum plenarie transfert et transfundit. Intromissionem illi exnunc realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem et Ntes duos officiose acceptandam admittendo.

Hrynewiczki — Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Seuerinus olim Jaszko Hryniewiczki sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit Quia Nobili Ignatio olim Nicolai Hryniewiczki et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Hryniewicze sit[os] sex sulcos a meta Michaelis ad metam Berestowska tenden[tes] inter metas Groymek et Leonis Boltuta iacen[tes] cum omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis perpetue ac in aeuum dedit donauit et inscripsit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem et Ntes duos officiose acceptan[dam] dat et admittit Pacemq[ue] tuitionem et Euictionem omnimodam occone praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum per et vltra omnes praescriptiones Tres cauet Sub Damnis